



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXXVIII. Non stetur Commiſſioni post conclusionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

*lib. 1. observat. 129. Plura ad hanc Regulam vide Rebuff. ad Concord. Fran-
ciz Rub. de Frivolis appellat.*

*Argumenta in Reg. XXXVI. INNOCENTII VIII.
qua est PAVLI V. XXXVII.*

- | | |
|---|--|
| 1. In causa beneficiali etiã post con-
clusionem in causa possunt produ-
ci testes & instrumenta. | 7. Papa non praesumitur velle alteri jus
quasitum tollere. |
| 2. Etiam in causa profana, de æquitate
Rote post conclusionem in causa pos-
sunt produci testes, & instrumenta. | 8. Post conclusionem in causa proba-
tiones & instrumenta produci non
possunt. |
| 3. Ut in causa benef. produci possint
testes & instrumenta post conclusi-
onem, expresse ei debet derogari. | 9. Facta conclusione, dicitur liquere de
caussa. |
| 4. Cautela contra hanc Regulam. | 10. Limitationes Regulæ post conclusio-
nem in causa &c. |
| 5. In arbitrariis bonum est habitare ju-
dicem favorabilem. | 11. Hæc Regula est ultima regularum
judicialium. |
| 6. Regula sequentes concernunt expe- | |

*Regula XXXVI. INNOCENTII VIII.
qua est XXXVIII. PAVLI V.*

NON STETVR COMMISSIONI POST
CONCLUSIONEM.

Item statuit, & ordinavit, quod in Commissionibus de iustitia e-
tiam Consistorialibus per eam, seu de eius mandato, vel auctorita-
te, in causis in quibus conclusum existat in posterum concedendis,
etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicite, vel explicite men-
tio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessione
Commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expresse,

GLOSSE.

GLOSSEMA ALPHONSI.

- I**sta Regula dicit quod in commissionibus iustitia, etiam consistorialibus, si expressim derogetur conclusioni, quod nihil valent, etiam si implicitè fiat mentio de conclusionibus, quasi hodie non profit, quia etiam post conclusionem possunt produci testes & instrumenta ut dicit decisio Rote v. quia non requiritur conclusio in causa beneficii cle. lxxv. c. i. glo. §. si. de verb. sig. quamquam de equitate Rota etiam in causa profana post conclusionem possunt admitti testes & instrumentum ut dicit decisio clx. in fi. quæ in cap. Irem latis tribus sententiis contra c. cum dilectus de fide instr. & hoc ex equitate c. pastoralis in fin. de causa pos. hic tamen est unus effectus conclusionis etiam in causa beneficii, alios non numero hic, sed in alia sorte regula nominabo. unum tamen vult dicere quod istud nomen conclusio, non reperitur in textu de iure civili ut dicit Bald. cum in iure de off. deleg. sed renuntiatio sic.

Hodie tamen fit cautela contra hanc regulam in Curia, quod etiam si sit conclusio, ille qui vult habere commissionem aliquam in causa beneficii, vel alia, producat certam materiam de novo, vel aliquos testes, & tunc per admissionem videntur tacite rapta conclusio, ut dicit decisio Rote, & Siculus in d. c. cum dilectus, & tunc postquam est rapta conclusio, presentatur commissio, & valet, & sic oportet in istis habere Iudicem favorabilem, cum ipse possit non admittere si velit, arg. iurium superius allegatorum, tamen si admittit valet, arg. d. c. pastoral. de causa pos. ideo in arbitrariis est bonum habere Iudicem favorabilem ut dicit glo. in Regula in iudiciis de regulis iurum lib. VI. in fin.

Istas alias Regulas sequentes quia concernunt Abbreviatores, quomodo debent extendere bullas, & quas, & circa stylum suum, & circa stylum Cancellaria; item de potestate Vicecancellarij, non glossabo ad longum, ideo non me extendam in eis, quia esset parum falcem in messem alienam, tamen succinctè aliquid dicam.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

- A** *Artis aqua*) Planè; nam alias Papa jus alteri quæsitum ex conclusione tolleret, id quod velle nunquam præsumitur c. ex p. 2. in fin. & c. super eo de off. deleg. c. ex multiplici in verbo unde quia non fuit nostre intentionis, de Dec. c. quæritur de Rescript. in 6. Lud. rom. cons. 176. in fin. qua de re latius diximus supra ad Reg. de non tollendo jus quæsitum.
- B** *De equitate Rota*) Cui adversatur dispositio juris canonici in c. cum dilectus de fide instr. c. Auditis de Procurat. per quos text. Felii. Innocentius, & alii, pro Regalis

Regula tradunt, post conclusionem in causa probationes facti & instrumenta produci non posse, quod & probat *Jaf. in reper. l. admonendi num. 50. cum seq. ff. de iur. iur. Socin. reg. 84. DD. in c. pastoralis, verbo conclusum, de causa poss. & propr. maxime in causis profanis & ordinariis, ut scribit Ant. Gravat. ad Vellirium. Ratio est, quia facta conclusione dicitur liquere de causa, gl. in c. significaverint in verbo liquere de testibus. prædicta autem conclusio quot patiatur limitationes, vide apud Mathefil. *singul. 54. Gail. lib. 1. observat. 107. numer. 5. 10 & seqq. Veltrium in praxi. lib. 4. c. 4. num. 25.**

Ista Regula sequentes) Et sic ista Regula est ultima iudicium, & vix praticatur, inquit *Gomelius hic*, propter facilem conclusionis derogationem.

*Argumenta in Regul. xxxvii. INNOCENTII VIII.
qua est PAULI V. xxxix.*

- | | |
|---|---|
| <p>1. Per appositionem manus Papæ beneficium amovibile sit perpetuum & irrevocabile.</p> <p>2. Papa non censetur derogare juri antiquo & religioni.</p> <p>3. Non obstante collatione Papæ monachus potest à suo Prælato ex causa removeri à beneficio.</p> <p>4. Cautela contra hanc regulam.</p> <p>5. Gestæ contra mandati formam sunt nulla.</p> <p>6. Papa majorem sibi potestatem reservat quam confert.</p> <p>7. Curæ pretium esset si Papa certas regulas faceret concernentes litterarum expeditiones per suam Cæmeram.</p> | <p>8. Secretarius Papæ an poterit solus Bullam corrigere postquam expedita est.</p> <p>9. Non creditur in præjudicium alterius attestanti sibi quid mandatum à Papæ vivæ vocis oraculo.</p> <p>10. Motus proprii Papæ tollit tantum subreptiones.</p> <p>11. Monachus habens prioratum à Papæ tenetur renuntiare ad mandatum Abbatis si Papa non dixerit quod non removeretur.</p> <p>12. Beneficium manuale consuetudine factum perpetuum Monacho per Papam collatum non potest amoveri ad nutum superioris.</p> |
|---|---|

Ccc

Reg.